

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Hilkhot leem ha-panim Sive Dissertatio ... De Panibus Facierum ...

Dissertatio Prima : : Exod. XXV. 30. Levit. XXIV. 5 - 9

Halæ Magdeb.: Ex Officina Hendelianæ, [1736?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn870071351>

Band (Druck)

Freier



Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn870071351/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn870071351/phys_0001)

DFG

30

Fa-1092 (30.)

2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.

1167

הַלְכָה
לְחַדְחֵה פָנִים

SIVE
DISSERTATIO PRIMA
DE

PANIBUS

FACIERUM,

Exod. XXV. 30. Levit. XXIV. 5--9.

QVAM
· ANNUENTE ■ הַפָנִים ■
PRÆSES

CHRISTIANUS LUDOVICUS SCHLICHTER,

HIST. S. ET ANTIQUITATT. PROF. REG. ORD. NEC NON
ALUMNORUM IN ACADEMIA REG. REFORMATORUM EPHORUS,
ET RESPONDENS

FRIEDLIEB AUGUST. WERLIZ,

HALENSIS,


PLACIDÆ COMMILITONUM συζητησει
IN AUDITORIO ILL. LYCEI REGII
Funero die Veneris, qui erit XXIV. August. Hora X--XII.
ANNO MDCCXXXVI.
EXUTIENDAM SISTUNT.

HALÆ MAGDEB.
EX OFFICINA HENDELIANA.

116
VIRO
SUMME REVERENDO, EXCELLENTIS-
SIMO, DOCTISSIMO
D. CONRADO
ZEPPERO,
THEOLOGO SOLIDISSIMO,
OTENTISSIMO BORUSSIAE REGI
A CONSILIIS SACRIS,
ECCLESiarum et SCHOLARUM REFORMATARUM
IN DUCATU MAGDEBURGICO
INSPECTORI VIGILANTISSIMO,
NEC NON
ECCLESIAE REF. QUAE MAGDEBURGI FLORET,
PASTORI PRIMARIO FACUNDISSIMO,
FAUTORI SUO ET PATRONO
AD CINERES USQUE COLENDO,

*HOC EXERCITIUM ACADEMICUM
IN ULTERIOREM SUI SUORUMQUE STUDIORUM
COMMENDATIONEM*

*EA, QUA DECET, SUBMISSIONE OFFERT
RESPONDENS
FRIEDLIEB AUGUSTUS WERLIZ.*



1169

DISSE^TRAT^O PRIMA
DE
PANIBUS FACIERUM.
PROOEMIUM.



Aud levem inter ritus Hebræorum & Gentilium intercedere convenientiam, vel ex oblatione *panum sacerorum*, utrisque usitata, evidenter appetet. De prioribus res est cuivis, in literis S. bene versato, satis nota, & ipso nostræ dissertationis argumento egregie confirmatur; posteriores autem, quam varias, easque in deliciis habitas, placentarum species Diis offerre consueverint, ex HOMERO, ARISTOPHANE, eorumque SCHOLIASTIS doctissimis, apud quos μελιττα, εχαρα, ποπονα, βλοχυτα & alia placentarum genera, in sacris ethnicis usu frequente trita occurunt, abunde docuit Jo. SPENCERUS in libris, multiplici eruditione refertis, de *legibus Hebræorum ritualibus* Lib. III. cap. II. fol. 757. editionis ultimæ, quæ cum erudita præfatione Illustris PFAFFII ante quadriennium *Tubingæ* lucem vidit. Et quis ignorat panes magnos, quos Delii, Boeotive, in Cereris festo huic Deæ obtulerunt, teste PLUTARCHO de Iside. p. 378. unde ipsum illud festum μεγαλαγτια fuit appellatum, uti observant EUSTATHIUS ad Homeri Iliad. p. 262. & ATHENÆUS Deipnos. lib. III. cap. XXV. p. 109. εισι αρτοι μεγαλοι, καη

A

eoq*t*

DISSERTATIO PRIMA

170

εορτη καλειται μεγαλωπια sunt panes magni, & festum μεγαλωπια dictum. Subjungere possemus locum PLUTARCHI, satis quidem olim corruptum, sed ab Illustrissimo Ezeb. SPANHEMIO in comm. ad *Callimachi hymn. in Cerer.* v. 12. feliciter integrati restitutum, ast eundem jam aliquoties adductum vidimus a DACHSIO ad *Cod. Succa* p. 502. & HAKMANNO diss. de *panibus penterostalibus* p. 68. Originem horum rituum quod attinet, merito nos miramur audaciam Viri ceteroquin doctissimi, Jo. SPENCERI, utpote cui magis ex vero esse videtur, hujusmodi oblationes in antiquiorum gentium ceremoniis locum invenisse, easque Deum (paululum correctas & emendatas) in cultum suum recepisse, ut illius instituta ad populi modulum accommodaret, eosque grata sacrorum varietate demulceret. Alias enim, (inquit,) quid Deus lagana, collyrides, crustula, aliaque NB. pueris dari solita sibi dari postularer? Verum enim vero, licet sententia illa, quâ omnes ritus & ceremoniae, in veterum sacris usitatæ, ab Hebræis originem suam traxisse perhibentur, nec dum sit ita ad liquidum perducta, ut illi tuto possit in omnibus subscribi*, in præsentiatamen materia SPENCERO fidem minime habemus; hinc ipsemet Vir doctus primum panis in sacris usum a Noacho derivans, nullum adfert testimonium, quo gentes ante tempora Mosis panem obtulisse probari possit. Postquam enim nonnulla de Noacho, ab antiquis Ogyges (ex sententia *Jac. BOLDUCII* יְשֻׁעָה factor vel sacrificator placentæ) dicto erudite disseruisset, brevi post hæc subjungit: non difficile est credere, gentes parentis hujusce communis (Noabi) exemplo doctas, panes ante tempora Mosis obtulisse, & Mosen oblationem minchæ non tam præcepisse, quam emendasse, & nova sanctione confirmasse. Dum autem Lector ulteriorem hujus con-

jectu-
uti quidem existimat Vir doctissimus, qui ante aliquot annos decimas nostras sacras recensuit in *Actis Erudit. Lipsiens. Suppl.* tom. X. Sect. IX. p. 420. cui addi potest Cl. LAKEMACHERUS obs. philolog. Part. III. p. 362. sqq.

je^cturæ probationem avide expe^ctat, filum orationis statim abrumpit his verbis: *sed piger obscurioribus hisce diutius immorari, quibus infirmitatem causæ suæ satis prodit.* Nos igitur cum Steuco EUGUBINO in comm. ad Levit. VII. 12. aliisque Interpretibus nulli dubitamus, quin gentiles literis S. edo^cti, vel ex fama saltem audientes, quid in cultu sacro hebræorum geratur, & quam variis *panum* oblationibus Deus Israëlis delectetur, tam varia & delicata panum genera Diis suis obtulerint. Ex Hebræorum oblationibus huc in primis spectant *panes propositionis*, nec non *panes pentecostales*, quorum illi singulis septimanis, hi singulis annis ex mandato divino offerri debebant. Ex. XXV. 30. Levit. XXIV. 5 - 9. & XXIII. 19. alias oblationes ex similitudine confectas ne memoremus. De prioribus ex professo agere, sedet jam animo consilium. Novimus quidem, *Ludovicum WOLTERS*, Theologum postea apud *Gedanenses* dignissimum, qui ante biennium fere diem suum obiit, jam olim in Academia Friesiorum celeberrima eruditam in hac materia illustranda collocasse operam, ita ut multorum Eruditorum applausum meruerit **, unde etiam, quæ nos in chartam conjecteramus, in tempore abscondenda esse primum judicavimus. Ast cum materiam illam longe nobilissimam altius meditaremur, eamque variis, iisque novis, observationibus augeri posse animadverteremus, nostra quoque qualiacunque cogitata, quæ forsan ob ordinem satis concinnum haud injucunda erunt, in lucem mittere constitui- mus. Utriusque labores sedulo conferre non pœnitibit. For- san & hic obtinebit, quod D. AUGUSTINUM dixisse, quamvis in alio argumento, monet *Io. Henricus ab ELSWICH* ***, Vir

A 2

Cl.

** in duabus dissertatt. de mensa & panibus propositionis, sub præsidio Jacobi RHENFERDI Franequeræ A. 1703. ventilatis, quas eruditas & lucernam olentes vocat *Theodorus HASAEUS*, Vir insignis, in Biblioth. Brem. tom. III. p. 369. & in tract. de lapide fundamenti, cui olim arca fœderis impo- sita fuit. p. 5.

*** in præfatione disquisitionis eruditæ de formula concordiae, num in Da- nia sit combusta? Wittebergæ 1716.

DISSERTATIO PRIMA

Cl. utile esse, plures libros a pluribus fieri, diverso quidem stylo, sed re una eademque, ut ita veritas & rerum gestarum memoria ad plures transmittatur. Ut taceamus judicium Hieronymi von ALPHEN, Professoris Theologiæ in Academia Ultrajectina longe celeberrimi: ad disputationem Academicam non necessario requiri, ut illa solum proponantur, quæ non sint dicta prius! in Hist. Pauli Apostoli disputat. I. §. 2.

C A P. I.

De variis horum panum appellationibus.

A R G U M E N T U M.

§. 1. Voces **לחם** & **אֶתֶס** explicantur, **מלחמה** locus helluationis, **אֶתֶס** convenit cum pers. **אַרְד** farina. Panis pro omni cibo. §. 2. sunt **חלות** **רָקָקִין** placenta tenues. Arab. Rakka notat tenuem esse. **אֲוֹלָנָגָע** & **אֲוֹלָבָזָן** panum species. §. 3. Rationes appellationis variæ. Alluditur ad titulum Messiae, quo **פָנִים** appellatur. **מֶלֶךְ** **פָנִים** & **פָנִים** pro ipsa persona. §. 4. Panes nostri vocantur **קוֹרֵשׁ** & **קְרִישׁ** qui typus erant Messiae, qui Sanctus, Sanctissimus dicitur. Loca Jes. VI. 3. & Dan. IX. 24. illustrantur. §. 5. Nomen **תְּמִיד** non est adject. sed substantivum. Radix ejus est **מֶדֶר** *emensus est*, apud Arabes extendit. **תְּמִיד** **παντοτε** & **אֲדַלְמִינְתָּוֹס** non semper actum continuum designant. RAUPIUS excusat. §. 6. Nomen **מְרֻכָּה** ad ordinem panum respicit. **עַרְךָ** de collocatione membrorum victimæ, & lignorum super altari usurpatur. Judæi per **סְדֵר** explicant. §. 7. Lev. XXIV. 7. explicatur, ut & Jes. LXVI. 3. **הַזָּבֵר** & **אַזְבְּרָה** ad thus respiunt. **לְ** pro **תְּהִרְתָּן** Gen. XI. 3. §. 8. Versiones græcae & alia illustrantur. In Tabernaculo & templo DEO tanquam Regi mensa quotidie parabatur.

§. I.

Titulus præcipuus, quo **panes** hi insigniuntur, est **לחם** **panis facierum**. Nomen **לחם** vi originis suæ omne, quod consumitur, innuit; verbum **לחם** enim apud Hebræos & Arabes *consumere* significat,

five

sive illud fiat ore, sive gladio, id est, *vesci* atque *pugnare*. Hinc מלחמה, quod plerumque bellum denotat, pro loco helluationum quoque accipi solet, docentibus *Francisco TSEPREGI*, Hungaro doctissimo, dissert. I. de *authentia selectiorum Cethebim*. p. 35. 59. & *Hieronymo van ALPHEN*, Filio, in dissert. de *Sacerdote Castrensi Hebraeorum* p. 4. Proprie autem לְחֵם de comedione ciborum usurpatur, unde לְחֵם vocabulum generale est, quod omnia ad vitam sustentandam necessaria, præcipue, quæ comedimus, in quibus etiam caro est, complecti solet. Loca satis multa ex codice Sacro diligenter collegit *Salomon GLASSIUS* in libro *Philolog. S. utilissimo*, & *Studiois Theol. maxime necessario* tr. i. c. XV. * Notionem *fructus arboris* ex lingua arabica ei quoque vindicat *Albertus SCHULTENS*, Vir in literis arabicis nostro ævo facile Princeps, in *animadvers. philologg.* V. T. ad Jer. XI. 19. p. 407. Similiter apud græcos nomen αρτος (confer vocem persicam *Ard*, quæ *farinam* denotat, docente Cl. RELANDO dissertatt. miscell. Part. II. diss. VIII. de *reliquiis veteris linguae persicæ* §. 20. p. 134.) omnem cibum complectitur, hinc Φαγειν αρτον ad exemplum hebrei אַכְל לְחֵם Gen. XLIII. 24. 1 Sam. XX. 23. &c. totum prandium aut cenam, atque adeo comedionem variorum esculentorum designat. vid. SUICERUS thesauri Eccles. tom. I. p. 518. LAMPIUS comm. ad Joh. VI. 23. tom. II. p. m. 185. WOLFFIUS ad Matth. XV. 2. & Jo. OLEARIUS de *stylo N. T.* p. 6. collect. Rhenferd. Ceterum subtilior videtur quæstio nonnullorum, an hæc τον לְחֵם notio, qua omne edulii genus sub se comprehendit, propria sit, vel an impropria, per synecdochen speciei pro genere, cum panis sit לְחֵם ciborum hominis principalissimus, ut scribit KIMCHI in libro *radicum* ad vocem לְחֵם. Prius placet

A 3

VOR.

* addantur auctores ab HAKMANNO c. i. §. 1. jam excitati, nec non Ven. *Conr. IKENIUS* in antiquitat. hebr. Part. III. cap. VI. §. 3. *Theoph. AMELIUS* ad loca difficil. V. T. tom. II. p. 947. BOCCIUSS diss. de *justo non derelicto* §. 14. & *Dav. RICHTER* in *physiognomia Sacerdotum* p. 15. sq.

174

VORSTIO, HAKSPANIO, aliis; posterius autem *Jac. GOUSSETUS* in lexico & *B. LAMPIUS* ad Joh. XIII. 18. tom. III. p. 47. in notis quam maxime defendunt. Verum nos ad alia properamus, cum *WOLFFIO* judicantes, hæc tanti non esse, ut in iis hæreamus.

§. II. Levit. XXIV. 5. nec non in scriptis Rabbinorum v.g. *R. SALOMONIS* ad Ex XXV. 29. *MAIMONIDIS* חַמִּידָן cap. IV. 12. 14. & aliorum panes nostri appellantur חַלּוֹת, quo nomine *placentas* indigitari *crassas*, sicuti per רְקִיקִין *lagana tenuia*, Doctores Hebræorum unanimi fere consensu tradunt. vid. *Lexicon ARUCH* f. 40. & *MAIMONIDES* ad Beza fol. 99. apud *DASSOVIUM* in Scholiis Criticorum ad Levit. p. 5. add. *Jo. ab HAMM* de *ora interiore* Part. II. cap. IV. §. IV. unde miramur audaciam *Oleastri*, qui רְקִיקִין panes *crassos*, & *placentas tenues* fuisse censem ad Levit. cap. 2. Certe hæc sententia non modo constanti judæorum traditioni, sed & naturæ vocis רְקִיקִין, quæ a radice arab. *Rakka* commode derivari potest, aperte contrariatur; verbum *Rakka* autem apud Arabes significare *tenuem esse*, alia occasione magnus *BOCHARTUS* hieroz. Part. I. lib. II. c. XXXI. p. 304. variis exemplis egregie confirmavit. Interim, ne aliquid reticeamus, ipsi Rabbini contradicere sibi videntur, dum חַלּוֹת *placentas crassas* semper fuisse afferunt, & tamen panibus nostris *crassitiem* unius digiti, quæ tanta non est, diserte vindicant in טְנֵחָות XI. 4. Sed dubium hoc statim cessat, si modo attendamus, eos *crassos* appellari quoque posse ratione lagorum, quæ magis *tenuia* erant, nec non respectu geminæ in extremitatibus replicationis, quam duorum palmorum vel septem digitorum facere solent, ut infra cap. III. §. II. docebitur. Eadem ratione res sese habuit cum panibus pentecostalibus V.T. qui in טְנֵחָות II. 2. III. 6. & alibi חַלּוֹת appellantur, licet *placentæ tenues* essent, excepta replicatione IV digitorum, quæ ab utroque latere fieri solebat, docente *HAKMANNO* cap. III. §. XII. Græcis ejusmodi *placentæ κολλυρα* appellantur; κολλυρα autem est

DE PANIBUS FACIERUM.

est panis species, quam pueris dare solebant, seu frustulum panis, uti ex Scholiaсте ARISTOPHANIS observat Scapula in lexico, & vid. CHRISTIANUS ad Aristoph. p. 162. edit. Kusterianæ. Nescio, an hoc referri quoque possint νόλαβοι panes parvi, quos nonnulli figuræ quadrangulæ, alii oblongæ faciunt, uti docet KUSTERUS ad Aristoph. Equites p. 107.

§. III. Epitheton primarium, quod singulari cum emphasi in textu S. subjungitur, est פְנִי. ONKELOSUS אֲפָנִי, & Aquila αετὸς προσωπῶν. Hujus appellationis rationem non unam Interpretes Judæorum ac Christianorum dare solent. Ex judæis multi Doctores hos panes sic dictos autumant, quod multas haberent facies, sive multa latera, & unum latus, sive una facies esset sicut altera facies. vid. ABARBANEL ad leg. CXCIV. col. 3. JOMTOPH ad מנהיר XI. 5. & alii ap. DASSOVIMUM in dissertatiuncula de *panibus facierum* contra Cl. WITSIUM §. V. edita Witteb. 1692. & recusa 1736. Secundum alios appellationem illam inde traxerunt, quod semper essent in facie & conspectu Domini, sicuti LXX. vertunt ἀγρες εὐωπίες, q. d. εὐωπί in oculo. Ita quidem sentiunt NACHMAN Gerundensis, VATABLUS & FAGIUS in bibliis criticis, FLACIUS in clavis SS., DASSOVIUS, AMELIUS ad loca diffic. V.T. tom. I. p. 238. Matth. HOSTUS lib. 1. de mensuris p. 120. aliquique; sed cum hi panes ob quotidianam præsentiam nomine לְחֵם insigniantur, nostram appellationem aliorum respexisse, merito colligimus. Sunt denique ** Viri docti, nominatim CASTALIO in bibliis criticis, qui *panes præsentia* (Dei) explicant, quod facies Dei in SS. saepius pro præsentia Dei sumatur, & quod columna nubis, quæ symbolum fuit præsentia Dei, facies Dei appelletur. Ex. XXXIII. 13. 15. Ita etiam doct. Ludov. WOLTERS Sect. II. §. IV. qui præterea addit, sub phrasι פְנִי לְחֵם gratiam & iram comprehendit, sicuti

facies

** ut taceamus conjecturam Cl. URSINI in analect. S. Part. I. p. 396. quasi hoc nomine alludatur ad certa symbola panibus his impressa, de quibus infra cap. III. §. 3.

DISSERTATIO PRIMA

11176

facies Dei pro gratia, favore, misericordia, & pro ira aliquando sumatur, gratiam, cum panes illi Christum, ut gratiam Patris sollicitantem, proposuerint, iram, cum sacrificium Christi, a flagrante ira Dei consumendum, retulerint. Verum hæc longius petita, imo aliqua ex parte obscura esse, ecquis non videt? Ut igitur, quæ nostra sit sententia, tribus dicamus, Deus Israelis sapientissimus populum suum, qui tempore Mosis & seculis sequentibus vixit, suavissima hac appellatione ad antitypum, per hos panes præfiguratum, ad Dominum Messiam, manu quasi ducere voluit. Noverant nimirum, Messiam aliquando appellari faciem Dei. Exod. XXXIII. 14. *פָנִי יְלֹכֵד* facies meæ ibunt, ubi ONKELOSUS: *Schechina mea ibit.* Et R. NACHMANIDES: *מֶלֶךְ פָנִים* הַבְּרוּת אֲשֶׁר אַתָּה חָפֵץ שָׁבֵן יְרָאוּ פָנִי Angelus fæderis, quem desideratis, in quo videbitis faciem meam; add. Jes. LXIII. 9. & Malach. III. 1. ubi Angelus idem, qui Mosi olim apparuerat, atque Israelitis tutissimum præstiterat præsidium, *מֶלֶךְ פָנִים* Angelus facierum appellatur. Agnoverunt id R. BECHAI, aliqui ex judæis, in primis Kabbalistis, quorum testimonia jam dudum adduxerunt Jac. ALTINGIUS passim, & Ven. Jo. Henr. MICHAELIS in diss. de *Angelo Dei*. Halæ 1702. *** Addimus nummum singularem, quem Nicolaus TOINARDUS chartæ impressum Parisiis A. 1685. exhibuit, quique variis figuris judaicis ornatus est, & inter alia quoque hæc verba repræsentavit: *מַטְרוֹן שֶׁר הַפָנִים* i. e. Metatron, Princeps facierum, vid. quæ de hoc nummo uberius differuere cel. TENZELIUS in denen monatlichen Unterredungen A. 1691. mense Decembri p. 1035. sqq. &

*** Subjungi possunt EISENMENGERUS in entdeckten Judenthum Part. II. c. XIII. WITSIUS miscell. S. tom. II. exerc. IV. §. X. VITRINA ad Jes. loc. cit. fol. 862. in notis. Polycarpus LYSERUS dissert. inaug. de SS. Trinitatis mysterio ad Jes. LXIII. 9. 10. p. 24-47. & p. 67. sq. Jenæ 1685. LAMPIUS ad Joh. III. 28. tom. I. p. 667. in notis, celeb. Alb. Wilb. MELCHIORIS diss. de muliere adulterii nomine suspecta p. 65. sq. & doct. NEUBAUER de Michaeli Archangelo diss. III. p. 28. seq.

& ex eo Zach. GRAPIUS diff. de Judæorum & Muhamedanorum חבות הקבר seu percusione sepulchrali § XVII. Rostochii 1699. Qui tamen per Metatron Angelum mortis minus recte intelligunt; nam secundum Judæos multa millia ejusmodi Angelorum dantur, & duo præterea iis præfecti, Gabriel & Sammael; hos omnes autem dependere dicunt ab Angelo Metatron, cui Deus notum faciat, quot homines quotidie sint morituri, teste R. Nathane SPIRA apud doct. NEUBAUERUM in sing. diff. de *Angelo mortis* §. XIV. ut taceamus, nomen Metatron Domino Messiae in scriptis Hebræorum sæpiissime vindicari, ut alibi uberioris docebitur. Cœrum non mirum alicui esse potest, vocem פניהם personaliter intelligi debere, cum etiam apud Arabes & alios facies pro homine ipso, persona ipsa, accipiatur, docente Jo. VRIEMOET in miscell. philol. p. 6. sq. & in observatt. ad Matth. p. 71.; imo Judæi antiqui tres personas appellant *tres facies*, uti ex notis Andreæ Mulleri Greiffenbagii observavit AMELIUS tom. I. p. 11. sq. Forte huc etiam spectat phrasis illa: נשות פניהם accipere faciem alicujus, id est, honorare aliquem, de qua nos alibi dicemus.

§. IV. Ad easdem meditationes sacras pii Israëlitæ gradatim ducebantur per nomen *Sanctitatis*, quo panes facierum insignitos deprehendimus. קדש קדשי audiunt Lev. XXIV. 9. nec non קדש panis sanctitatis 1 Sam. XXI. 4. imo κατ' εξοχην θρ sanctitas v. 6. Cujus denominationis ratio erat duplex: 1) ut doceretur, panes illos iisdem gaudere privilegiis, quibus sacrificia sanctissima קדש קדשי קדשים קלים five minus sanctorum gaudere soleant, in primis respectu comeditionis, ut in loco sacro, & a solis sacerdotibus, per tempus comeditioni destinatum, sancte consumerentur. vid. infra cap. V. ubi de hac comeditione ex professo agetur. 2) ut attentis fidei oculis antiquum horum panum contemplarentur, nucleumque sub cortice latentem laeti comederent. Hic est Dominus Messias, qui id circa Sanctus, imo Sanctissimus, in literis S. non raro appellatur. Lev. XI. 4. Job. VI. 10. Prov. IX. 10. Jes. VI. 3. Dan. IX. 24. Hof. XII. 1. ¶ vid.

† Quam pie Judæi veteres de sanctitate & dignitate Messiae interdum locuti sunt,

DISSERTATIO PRIMA

vid. præter *Viringam* ad Jes. loc. cit. *Jo. FAES* in tr. de *hebdomade Magna* p. 50; ex quibus omnibus, ne nimis prolixus statim ab initio videamur, duo tantum loca, præ aliis bene notanda, examinabimus. Primus esto ille apud *Jesaiam*, ubi per trinam unius vocis repetitionem eximiam rei, de qua agitur, præstantiam, aut affectus vehementiam innui, multi quidem Interpretes judicant; verum nos, quamvis hanc observationem non semper contemnendam esse largiamur, licet etiam non diffitendum sit, multa esse loca, ex quibus SS. illud Trinitatis mysterium fortius adstrui possit, in trina tamen hac repetitione idem mysterium respici, adeoque & *Messiam* vocari *Sanctum*, firmiter sumus persuasi; in primis cum textus prophetici συναφεια v. 8. ubi Deus de se in plurali loquitur; & N. T. collatio, ubi haec Θεοφανεια ad Filium Dei Joh. XII. 40. 41. & ad Spiritum S. Aetor. XXVIII. 26. refertur, illud luculenter doceant. conf. *GLASSIUS* philolog. S. lib. III. tr. I. p. 268. Longe perspicaciores omnino multis Christianis fuerunt quidam judæi, a quibus mysterium hoc in illis verbis jam olim deprehensum est; v. g. R. *SIMEON* זה בן אב קרוֹשׁ זה קרוֹשׁ & *Zonathan* in paraphrasi chaldaica, sicut in vetustis exemplaribus fuit קרוֹשׁ אָבָא קרוֹשׁ אָבָא קרוֹשׁ בָּרָא docente Cl. *HELVICO*, Prof. olim *Gieffensi*, in *vindicatione locorum* S. V. T. p. 241. (collect. *Cren-*
fascile III.) Alter locus extat apud *Danielem* IX. 24. ubi idem *Messias* קְרָשִׁים קְרָשִׁים appellatur. Non audiendi enim sunt judæi, qui arcum federis cum utensilibus sacris, neque Christiani, qui *Cyrum* vel alium Regem intelligi volunt. *Messiam* esse illum *Sanctissimum*, agnoverunt ex ipsis Judæis R. *ABENESRA* & A-*BARBANEL*, quorum testimonia jam adduxit Ven. *Chr. Bened.* *MICHAELIS* in doctissimis annotatt. ad *Danielem* p. 315. quibus alia ex *MAIMONIDE* aliisque subjungi possunt apud *Amelium* loc. cit. p. 488. & vid. *Jo. FRISCHMUTH* dissert. de *Messiae ex- cione & Hierosolymorum desolatione* ad *Dan.* IX. 26-27. cap. I. § III--IV.. Ceterum, si res ipsa spectetur, sive in genere ma- sculi-
sint, egregie docuit *Jo. FRISCHMUTH* dissert. III. de ligatione *Isaaci* cap. III. §. 23.

DE PANIBUS FACIERUM.

II
1179

sculino *Sanctus Sanctorum*, sive neutraliter, *Sanctum Sanctorum* vertatur, perinde erit. Utroque modo emphatice exprimitur Messias (conf. de posteriori Luc. I. 35.) non excluso tamen corpore ejus mystico, Ecclesia novi Fœderis, donis Spiritus S. largissime profundenda, licet eam solam intelligere nolimus cum VI. TRINGA observ. S. lib. VI. cap. I. §. VI.

§. V. Aliud nomen occurrit Num. IV. 7. ubi panes nostri לְחֵם הַמִּזְבֵּחַ *panes juges* appellantur. In voce חַמְרָה litera ח vulgo radicalis putatur, & nomen ipsum tanquam adjectivum exprimitur *jugis*, e; sed cum nullibi in sc̄e mininum flectatur, atque cum substantivo præcedente per regimen construi soleat, substantivum esse, monent GOUSSETUS in lexico, C.B. MICHAELIS in annotatt. laudatis p. 247, & nuper Cl. Jo. SIMONIS noster in arcano formarum nominum hebr. p. 531. constituta radice מְנֻסָּר mensuravit, emensus est, hinc est perpetuitas, q. d. tempus se prolongans, & longissime se extendens; hinc idem nomen nude positum pro sacrificio vel cultu perpetuo ac jugi venit Dan. VIII. 11. 12. 13. XII. 11. & alibi. Quæ observatio non parum exinde confirmatur, si modo attendamus, verbum מְנֻסָּר in lingua arabica extendere significare, quam notionem quoque voci hebrææ variis in locis feliciter vindicavit Cel. Alb. SCHULTENS in animadv. ad Jobum p. 20. & in animadv. V.T. p. 123. ergo erunt panes quotidiani, non eo sensu, quasi singulis diebus fuerint apponendi, sicuti existimasse putatur RAUPIUS, quem tamen DAS. SOVIUS §. ultimo excusat, sed, quod quotidie coram Domino præsentes essent, imo quod ex traditione hebræorum mensa nunquam sine panibus relinquenda esset; dum enim illi panes veteres auferunt, hi novos apponunt, ita, ut manus apponentis tetigerit manum auferentis. מְנֻחָה XI. 7. vid. infra cap. IV. §. 3. 4. Alio autem sensu vox חַמְרָה de sacrificio quotidiano, cui duo agni destinati erant, usurpatetur. Hi enim non actu continuo, sed certis horis, mane & vesperi quotidie offerri debebant. Exod. XXIX. 38. Num. XXVIII. 3. 8. Esdr. III. 5. Nehem. X. 33. unde 6 agni legitimi ad minimum peculiari cuidam stabulo semper inclaudi, & per 4 dies ante mactationem diligenter visitari solebant.

B 2

Erach.

180

Eraob. III. 5. Tamid. III. 3 4. ibique BARTENORA; addatur RELANDUS antiq. hebr. Part. I. cap. IX. §. VII. & P. III. c. I. §. IV. Similiter in scriptis judæorum Viri OTIOSI בְּתַלְנִי, qui quotidianie primi & ultimi in Synagogis erant, ut tempore precum semper legitimus cœtus inveniretur, licet non integrum diem in iis exigerent, dicuntur sedisse id est, *quotidie, assidue*. vid. *Jac. RHENFERDUS* Opp. philolog. p. 291. Conferri hoc loco merentur voces græcæ παντοτε, αδιαλειπτως, quæ non semper æcum continuum, sed aliquando studium assiduum & non sœpe remittens designant *Luc. II. 37. XVIII. 1. Joh. XVII. 20. I. Thess. V. 17.* de quibus, uti & de voce חַמֵּיד, plura dabunt *WOLFFIUS* ad *Luc.* loc. cit. *Jo. Henr. MAJUS* obs. S. Part. IV. p 93. & celeb. *Jo. Georg. MICHAELIS*, Collega noster conjunctissimus, diff. I. de *crustulis Pontificis M. quotidianis* p. 8.

§. VI. Non omitti denique debet nomen לְהָם הַמְעֻכָּרִים 1 Chron. XXIII. 28. q. d. *panes ordinis vel dispositionis*; עֲרֵך enim valet *parare, aptare, ordine disponere*, pro diversis circumstantiis, in quibus vox ea usurpatur. In literis S. aliquando occurrit phrasis שְׁלֹחַ תְּשִׁלַּח mensam cibis instruere Pl. XXIII. 5. Jes. XXI. 5. &c. quam etiam retinent Doctores hebræorum in mechilthah fol. 38. 2. & in Falkuth Part. I. fol. 74. 3; hinc *David MILLIUS*, decus illud Ultrajectinum, panes nostros לְהָם הַמְעֻכָּרִים dictos censet, quod mensa Sacra iis tanquam cibo ordinario fuerit instructa, in dissertatione selectis dissert. IV. §. XXIV. p. 119. Verum, quod pace Viri longe celeberrimi dixerim, hæc explicatio vim illius appellationis minime exhaustit, dum verbum עֲרֵך non qualemcumque instructionem mensæ, sed ordinatam in specie indigitat, sicuti alias de collocatione membrorum victimæ in altari adhibetur Lev. I. 12, & sicuti ipsum nomen מְעֻכָּרִים de ordine lignorum super altari impositorum in scriptis Rabbinorum occurrit, docentibus SERINGHAMIO ad *Joma* p. 49. & ZELTNERO in dissert. de *cruce Christi in V.T. præ significata* §. XII. Diserte igitur hæc appellatione respicitur ad certum ordinem, quem Sacerdotes in disponendis panibus Sacris diligenter observarunt, ponendo senos &

& senos, ut duo in altum surgerent cumuli. vid. infra cap. IV. §. V; hinc Doctores Hebræorum duplicem illam seriem סדרים *ordines* emphatice appellant in מנהורַת cap. II. 2. imo phrasin biblicalam per סדר *ordine disponere* exponunt in Gem. חמץ fol. LXIV. I. LXV. 2. & alibi notante ipso MILLIO p. 124.

§. VII. Hisce omnibus quidam Interpretes nomen sub-jungunt novum אוצרת *memoriale* Levit. XXIV. 7. v. g. HER-BERGERVS magnal. tom. VI. p. 269, FESSELIUS in regno Christi mystico, WERNSDORFFIUS diss. *David αρτοφαγης a Filio Davidis excusatus* p. 13. URSINUS in analæctis Part. I. p. 396, a-liique. Lutherus vertit: *Dendbrodt*, & versio antiqua: οὐ τοις οἱ αρτοὶ εἰς αναμυνσιν. Sed minus recte; nam in loco citato non panis facierum, sed thus, quando comburebatur, *memoriale* audit, ut tota textus συναφεια luculenter docet, siquidem memoriale illud dicitur igne absumendum, quod panibus non competit, ut recte jam monuit Cl. DASSOVIVS §. 22. & vid. R. BECHAI ad hunc locum. Interim de sensu integri illius com-matis non parum dissentunt Interpretes, hinc quidam cum DRV-SIO ללחם *vertunt pro pane, vice panis*, id est, vice panis thus cre-mabitur in odorem suavitatis coram Jehovah; non enim poterat adoleri panis, inquit *Vatablus* ad hunc locum, super panes erat thus per totam hebdomadem: die Sabbathi panis edebatur, & vice panis thus adolebatur: add. Bernhardus LAMY lib. III. de tabernac. Mos. f. 377. Quo sensu litera ה loco præpositionis חחרת posita oc-currat Gen. XI. 3. & fuit eis later לאות *lutum* in cæ-mentum. vid. R. ABARBANEL & R. BECHAI ad Gen. XXII. 3. Verum nihil obstat, quo minus dativus retineri possit, q. d. & er-it hoc thus pani in memoriale in altari adolendum; imo omnis difficultas eo citius cessabit, dummodo ex genio linguae hebraeæ obseruemus, quam apte אוצרת ad suffitum referri possit; est enim a verbo הזכיר, quod pro adolere sumitur Jes. LXVI. 3. מזכיר לבונת. Hieronymus: qui recordatur thuris; sed melius LXX: ο διδούς αβάνων εἰς μημονούντων qui dat thus in memoriale. Sicut etiam Hebræi, ABENESRA & KIMCHIUS vocem per

1182 מקטיר vertunt, conf. VITRINGA in aureo comm. ad hunc locum, cuius ex judicio vox אָזְכּוֹת in legibus Mosaicis valet id, quod de munere sive ferto, oleo, thuri & sali mixto accenditur ad nidorem faciendum in altari; sed thuris præcipuum esse hic respectum, inquit, cum thus panibus propositionis dicatur esse לְאָזְכּוֹת eis μυημοσυνον adolendum in altari. Legi quoque mentionur DRUSIUS ad Levit. locum citatum, & Cl. MICHAELIS de crustulis Pontificis M. exerc. IV. p. 3.

§. VIII. Illustrationis causa addi debent versiones variae. In Nov. Testament. dicuntur οἱ αἴτοι προθεσμῶς Matth. XII. 4. & Luc. VI. 4. sed in epist. ad Hebr. IX. 2 η προθετις των αἴτων, id est, ut VULGATUS quoque habet, *propositio panum*, per hypallagen, judice CARPZOVIO diss. de area fæderis cap. I. §. V. qualis ex Thucydide quoque adfert GEORGIUS apud WOLF. FIUM ad loc. citatum. LXX vertunt αἴταις εὐωπίας q d. *panes præsentes & expostos*. vid. supra §. 3. Aquila: αἴταις προτωπων & SYMMACHUS προθετεως. HIERONYMUS: *panes propositios*, cum quo convenit versio græca, vocans *panes προπεμψεις* i Chron. XXIII. 29, quæ vox non modo omnem propositionem in genere, sed etiam ordinatam dispositionem innuere videtur; προπεμψαι enim est verbum, ceteroquin mortuis proprium, cum in lectulo eleganter compositi, pedibus ostium spectantibus, in atrio proponuntur. Qualis collocatio Græcis etiam προθετις appellatur, & προτιθεται venq[ue] collocare mortuum denotat. vid. POLLUX lib. VIII. cap. VII. & KUHNUS ad Aeliani Var. Hist. lib. I. c. XV. p. m. 24. Interpres SYRUS ad Matth. XII. 4. vocat *panem mensæ Domini*, & LUTHERUS reddit: Schaubrodt, cuius appellationis rationem hanc dat HERBERGERUS: Dann GÖtt verzehrte sie nicht, wie die Babylonier von ihrem frischen Bel schwärmeneten zur Zeit Danielis, sondern sie lagen immer für GÖttes Angesicht, welcher zugesaget hatte auf dem Gnadenthrone zu wohnen, gleich als ein Schausen. magnal. p. 269. Ceterum ex tot nominibus emphaticis, quæ panes nostri acceperunt, jam in antecepsum conspicere licet, tabernaculum primo, & postea templum, fuisse instar au-

la

læ regiae, in qua Deo tanquam Hero mensa quotidie apparabatur; hinc sacrificia quotidiana, & panes etiam propositionis, & libamenta vini, aliaque id genus, quæ partim a Deo per ignem, partim a Dei ministris ac ejus quasi aulicis absumebantur, ut B. WERNSDORFFIVS eleganter scribit. Et paulo uberius Jo. MEIERVS* Vir Cl. Erant, ut decet tantum Regem & Dominum, omnia plus quam basilice. Videas ibi alios cursantes mensam instruere, alios cernas gradientes, eandemque dapibus onerare; videas rursus alios bellaria portantes, alios denique, ubi sat mensæ epulisque datum, scyphis & crateribus, vino & libaminibus plenis, mensam claudere. Ne vero quicquam, quod ad magnificentiam quotidiani bujus convivii faceret, intermitteretur, adolebatur quoque suavissimi odoris thy-miama seu suffitus, quod & in conviviis Orientalium fieri solebat.

BERACHOTH cap. VI. §. 6. ibique BARTENORA.

C A P. II. De materia Panum.

A R G U M E N T U M.

§. 1. Vocis סולח origo, vera significatio, & differentia a קמח indicantur. Simila a polline distinguitur, non tamen semper. Apophagma judæorum illustratur. §. 2. Judæi orbem in 3. partes dividunt. שׂרָא terra Canaan. חוץ לארץ regions aliae. §. 3. Terra Canaan tritico abundabat. Loca præcipua erant Michmas & Mezonecha, nec non Ephraim. Apud gentes varia loca ob triticum celebrantur. §. 4. Panes nostri ex tritico vel novo vel veteri parabantur. Triticum emebatur ex æario publico. FRANZIUS excusat. Traditio jud. ex Hieronymo adducitur. §. 6. Voces שיפת & בועת explicantur. Verbo שְׁנָה varias tribuunt notiones. Olim frumenta igne tosta comminui solebant. §. 6. Cibra multiplicant judæi. Vox נפָה explicatur, & loco Jes. XXX. 28. lux quedam affunditur. §. 7. עשר decimas solvere & accipere notat. עומר & עשרון quid sint? assarium est monetæ species. Ovorum men-

suræ

* in præfatione dissertationi, quam de suffitu conscripsit, Bremæ 1700. elegantissimæ præmissa. add. Herm. WITSIUS in nitida oratione de Theocratia Israëlitarum §. XIII.

DISSERTATIO PRIMA

surajudæis usitata, Maimonides notatur. § 8. Panes non erant fermentati. Cur fermentum in nonnullis obлат, permisum fuerit? Fermentum Sacerdotes Rom. non tangebant.

§. I.

CUm verissima sit regula, quam de oblationibus V. T. in genere tradit R. MAIMONIDES, Vir, judice Cl. BUDDEO, excellenti ingenio prædictus & rerum patriorum peritissimus: **כָל הַמְנֻחוֹת סָולֶת חֲטִין חַוֵּץ חַמְנָחוֹת סָוֶתָה וְעוֹמֶר הַחֲנוֹפָה** omnes oblationes erant ex similagine tritici præter oblationem Solæ & manipuli agitationis, quæ erant ex hordeo, materiam, ex qua panes nostri conficiendi fuerint, facile colligere licet. Erat nimurum סולֶת Levit. XXIII. 17. cuius nominis originem B. WOLTERSIUS a verbo chald. סָלֶת findere, secare, derivat; sed magis omnino placent alii, qui ad linguam arabicam configiunt, quasi sit farina selecta, purior pars, quæ ex re aliqua extrahitur, a verbo affini, quod extraxit significat; extrabi enim dicuntur subtilissimæ & purissimæ particulæ rerum, sicuti v. g. a γένεται ḥλιος extraxit est ad militiam selectus. vid. Alb. SCHULTENS in notis ad Haririump. 94. & Cl. Jo. SIMONIS p. 190. Erit ergo flos farinæ purissimus, vel farina frequenti cribri agitatione ab omni furfure separata, & ad maximam puritatem reducta, græcis σεμιδαλις, & similam nonnulli vocare solent. Nec male; licet enim Latini veteres similam a polline distinguenter, quod polleni flos esset farinæ purissimus, simila vero ea, quæ pollini succederet, quæque maximam vim nutriendi haberet, inter pollinem & farinam confusaneam medium locum obtinens: similam tamen etiam pro flore purissimo accepit ISIDORUS lib. XX. Orig. cap. 2. simila subtilissima est farina. vid. Clar. DILHERRI dissertatt. acad. tom. II. p. 261. Doctores Hebræorum per סולֶת in specie intelligere farinam purissimam, non ex quovis frumento, sed ex tritico paratam, ex R. Salomone ISACIDE, qui ad Levit. XI. 1. scribit: **אֵין סָולֶת אֶלְתָה מִן הַחֲטִין** non est Soleth, nisi ex tritico, jam monuit Cl. HAKMANNUS c. II. §. 1. addita observatione, quam quoque alii inculcare solent, quod cum voci

118

voci סולְתָה aliquando jungatur חטִיבָה uti Exod. XXIX. 2. & apud MAIMONIDEM loco cit. etiam in illis locis, ubi סולְתָה nude pro farina triticea ponitur (nam vir radicis suæ omnem farinam puriorem denotat) eadem vox חטִיבָה subintelligenda esse videatur. Cæterum præstantiam τάς Σολήτας non parum confirmat farina ei opposita, κρῆς dicta, id est, farina, quæ a prima mola diffliuit, & copioso furfure scatet. ** Farinam, quæ statim post molitionem evadit, id est, rudem, nec adhuc depurgatam, quidam judæus vocat apud ACOLUTHUM in libro de *aguis amaris* p. 186. Huc quoque respicit illud apophthegma juðæorum in *Vajickra Rabba* Sect. XX. apud BUXTORFFIUM in lexico Talmudico: **כָל קְמַחִיאָה קְמַת וּקְמַחָא דְקְמַחָת סְוִלְתָה** quod nonnulli ita vertunt: *omnis farina, farina est, sed farina Kimchittæ pollen est, putantes, alludi ad Kimchittam, fœcundam septem filiorum matrem, qui omnes summi Sacerdotii apud Hebræos obierint dignitatem, adeoque cum farina purissima comparari mereantur.* Verum, licet etiam hæc allusio forte non sit improbanda, causam tamen videmus nullam, cur versio magni BUXTORFFII: *omnis farina, farina est, sed farina farinæ simila,* retineri nequeat, cum potius utraque explicatio commode locum habere possit. Recte ergo BUXTORFFIUM sectus est HAKMANNUS, in LL. OO. optime versatus; Dubius autem adhuc hærere videtur Ven. MELCHIORIS, versio nem illius dicti plane omittens. Similis sane allusio nominis occurrat in paroemia vulgari, quæ de *Davide KIMCHIO*, Doctore illo celeberrimo, circumfertur: **אֵין קְמַת בְּלִי קְמַחָה non est farina sine molitore,** id est, doctrina sine isto doctore, ut bene observat Ambrosius Janvier Congregationis S. Mauri Monachus Benedictinus in præfatione *Dav. KIMCHII* commentariis in Psalmos, ex Hebræo latine a se redditis, præfixa, vel ut R. SCHABETAI in limine stricturarum suarum in *Eliæ Levitæ* animad-

C versio-

** radix מַמְפָּק Rabbiniæ est molere, & licet in bibliis sacris non occurrat, olim tamen eadem in significatione suisse videtur apud hebræos in usu, iudice Cl. A. W. MELCHIORIS loco cit. p. 49.

DISSERTATIO PRIMA

כִּי הַקְמָתִי versions ad KIMCHII michlol de eodem scribit: סולת ו אין בדבורי פסולת quod Kimchii hujus farina sit similaginea, in cuius verbis nihil sit furfuris. Sed haec εν παρόδῳ.

§. II. Loca, ex quibus triticum nostrum parabatur, erant & regiones extra terram, testibus judaeis in c. VIII. m. I. כל קרבנות הצבור והיוד כאים מנהרות omnes oblationes, tam publicæ quam privatae, veniunt ex terra, & regionibus extra eam; & R. MAIMONIDE in cap. VI. §. 15. כל המנהרות והנסכיות כשרוּם מהארץ ומוחצת לארץ omnia ferta & libamina licita sunt ex terra & locis extra eam, exceptis tamen manipulo paschali & panibus pentecostalibus, qui non nisi ex terra (Israëlitica) repeti debebant. Quæ ut eo melius intelligantur, observandum omnino est, Scriptores Judaicos universum terrarum orbem in varias partiri partes, non quidem in duas, ut Cl. LIGTFOTUS cap. I. centuriæ Chorographicæ, evangelio Matthæi præmissæ, scribit, sed in tres, scilicet terram Israëliticam, Syriam, & regiones extra eam, uti ex MAIMONIDE luculenter docuit Relandus in *Palæstina* lib. I. cap. II. Porro notari bene debet, regiones extra terram iterum dividi in duas partes, quarum unam efficiunt quatuor regiones, terræ Israëliticæ vicinæ, nimirum Ægyptus, Babylonia, Ammonitis & Moabitis, quæ ab omnibus aliis terris erant distinctæ, quod in iis nonnulla vigerent statuta, quæ in aliis, excepta Syria & terra Israëlitica, non observabantur; sub altera vero terræ reliquæ comprehenduntur. vid. R. MAIMONIDES in *הַחֲרוֹמוֹת* cap. I. m. 6. Ex his igitur abunde patet, quam emphatice terra Israëlitica in codice S. & scriptis Hebreorum נָאָרֶת εξοχὴ appelletur, sicuti alias terræ regiones חָזָה לְאָרֶץ vocari solent. Loca satis multa, quæ hanc appellationem ulterius confirmant, adduxere RELANDUS in *Palæstina* passim, & in antiquit. hebr. Part. I. c. I. §. VIII. Cl. VRIEMOET in dissert. de filiis terræ apud Judæos §. 3. Ultraj. 1719. Jo. Alb. FABRICIUS, (quem Polyhistorem summum, nuperrime fato functum; Musæ lugent elegantiores) Part.

DE PANIBUS FACIERUM.

19

1187

Part. III. Codicis apocryphi N. T. p. 405, HOTTINGERUS de decimis Hebr. exerc. V. §. 2. LAKEMACHERUS observatt.

Part. II. obs. III. §. 7. p. 69. & HAKMANNUS cap. II. §. 4. in notis.

§. III. Terram Israëliticam tritico abundasse, ex Deut. VIII. 8. ubi terra tritici nuncupatur, & i Reg. V. 11. ubi Salomon 20000 coros tritici quotannis dedisse legitur, satis patet. Ad di omnino debet Ps. LXXXI. 17. ubi adeps tritici memoratur. Similiter R. MAIMONIDES triticum inter præstantissima terræ Canaanis numerat in **הַכּוֹרֵת** cap. II. §. 2. ut taceamus, quæ Doctores quidam de magnitudine tritici in terra Israëlis fabulantur in Cesub fol. III. col. 2. unde R. MEIER per arborem, ex qua Adam & Eva comederunt, **הַטִּוָּת** ridicule intellexit. vid. Thomas CRENUS in exposit. Gen. II. 16-17. fasce II. p. 67. sq. In specie ob triticum præstantissimum in scriptis Hebræorum celebrantur *michmas*, locus ad urbem Bethaven i Sam. XIII. 5. qui Græcis Nehem. VII. 3 i. μαχμας, JOSEPHO autem μαχμα antiq. lib. VI. cap. VI. & i Maccab. IX. 73. μαχμα nuncupatur; nec non mezonecha, quæ cum Michmas apud Talmudicos jungi solet. Ita enim dicitur in VIII. 1. מְנֻחָה מִכְמָס VIII. 1. מְנֻחָה מִכְמָס unde petebatur optima farina? Michmas & Mezonecha erant præcipua loca similaginis. Additur ibidem **עֲפָרִת**, aliis **הַפְּרִיָּת**, urbs in regione prope solitudinem, in qua Christus delituit. Joh. XI. 54, & quæ 8. millaria ab Elia aberat; teste Eusebio in onomastico. Urbem a fertilitate commendatam dicit R. NATHAN in lexico Aruch; nec mirum, cum tota tribus Ephraim, quæ a Jordane usque Gadara in longum, & a Bethel usque ad campum magnum in latum protendebatur, teste JOSEPHO antiq. jud. lib. V. cap. 1. esset regio longe fertilissima; hinc Frid. SPANHEMIUS scribit: *Multis partibus hæc regio aliis plerisque præcelluit - - mira soli facunditas, seu in montana surgeret, seu in convallis debiceret, seu in campestria sese dilataret.* in Geograph. S. fol. 31. Addatur Clar. RELANDUS, qui in Palæstina sua passim de iis locis erudite disse.

C 2

disse.

33

36

34

3

1188

differuit, & in *differeat. miscell.* ubi ex *Maundrellio* docet, quod montes in Palæstina plurimi triticum proferant, & alias frumenti species differt. III. §. IV. p. 128. Apud exteras gentes quænam loca ob tritici fertilitatem maxime celebrentur, indicabimus verbis *PLINII*, Viri diligentissimi: *tritico nihil est fertilius, hoc ei natura tribuit, quoniam eo maxime alat hominem; utpote, cum ex modio, si sit aptum solum, quale in Byzazio Africae campo, centrum quinquaginta modii reddantur. Misit ex eo loco Divo Augusto Procurator ejus ex uno grano (vix credibile dictu) quadrin- genta paucis minus germina, existante ea de re epistolæ. Misit & Neroni similiter CCCXL stipulas ex uno grano. Cum centesimo quidem & Leontini Siciliae campi fundunt, aliquique, & tota Ba- tica, & in primis Ægyptus.* Hist. natur. lib. XVIII. cap. X. ut ta- ceamus campos Babyloniae, & alios, quorum de fertilitate insig- ni quædam attulit B. RAMBACHIUS in relatt. Halens. A. 1731. n. VI. Ægyptum tamen quod attinet, eam tritico non perinde ut cætero frumento gloriosam fuisse, cum apud THEOPHRA- STUM Hist. plant. lib. VIII. cap. IV. postremo fere loco ponatur, judicat Ill. Caspar. BARTHIUS in animadvers. ad *Claudian.* p. m. 133. sq.

§. IV. Sed ad triticum, ex quo panes nostri conficiendi erant, revertimur. Illud poterat esse tam novum quam vetus. כל קרבנות הצלב ויחיד באים - - VIII. i. מנהורן טן חדש ומן היישן omnes oblationes tam publicæ quam priva- ce veniebant - - tam de novo, quam veteri frumento, exceptis tamen manipulo paschali & panibus pentecostalibus, qui non nisi ex frumento novo adferebantur. Si modo esset triticum de optimo, id est selectissimum, notante R. MAIMO- NIDE in י' איסורי המזבח cap. VI. §. XV. Præterea triticum hoc emebatur sumptibus publicis ex ærario templi, quod sicos singulis annis ab omnibus iudeis solutos asservabat. Auditamus iterum R. MAIMONIDEM, Virum insignem, in חטקלים cap. IV. §. i. comparant eo argento כל יותם טידון של ומן מוספין וכל קרבנות הצלב ונכסיהם - - ותקטרת ושבר

וְשַׁכְרָעֲשִׂיּוֹת וְלַחַם הַפְנִים וְשַׁכְרָעֲשִׂיּוֹת לְחַם הַפְנִים
*sacrificio jugia cuiusvis diei & addititia & omnia sacrificia cætus
& libamina eorum . . . & suffitum & mercedem pro ejus præ-
paratione, & panes facierum, & mercedem illius, qui eos parat.*
Erant enim panes nomine totius Israëlis offerendi, unde judæi
ad unum omnes inter ferta totius populi eos numerare solent.
שֵׁתִי חַלְחָם — — — **וְהַמְנָחָה הַשְׁלִישִׁיָּה**, *qui eos numerare solent*
שֵׁתִי חַלְחָם — — — *tria ferta sunt totius cætus, manipulus
agitationis, duo panes (pentecostales) . . . & fertum tertium,
quod est panis facierum, in hoc' ^{ה'}משחה קרבנורא cap. XII. §. III.
& alibi. Hoc sensu Cl. FRANZIUS de interpretatione SS. p. 755.
affirmat, quod Israëlitæ tenerentur in mensa purissima ponere
duodecim panes; non quasi statuat, Israëlitæ LAICOS posuisse
panes eo ordine in mensa, quo debebant ponî, sed quod velit
dicere, Ecclesiam Israëliticam illos panes per Sacerdotes posuisse.
vid. DASSOVIVS diff. cit. §. XXIV. Cœterum, quibus ex
traditionibus hebraicis HIERONYMUS observationem illam,
qua ipsi Sacerdotes *panes nostros ferere, atque demetere dicuntur*,
hauserit, nos omnino latet. Lege sodes ipsa verba, quæ e-
jus ex commentario ad Malachiam p. 1810. adduxit diligentissi-
mus Antiquitatum S. Scrutator, Hadrianus RELANDUS anti-
quitatt. hebr. Part. II. cap. V. §. XXII.*

§. V. Ex tali tritico farina, panibus nostris conficiendis in-
servitura, per בְּעִיטָה & שִׁיפָּה parabatur. מְנֻחוֹת cap. VI.
§. V. Hæ voces obscuræ quid sibi velint, non satis constare vi-
detur, dissentientibus ipsis Hebræorum Magistris. Judice R.
MAIMONIDE שִׁיפָּה vi radicis suæ שׁוֹף conterere, denotat
percussionem, quæ fortiter fit manibus, donec pulvis ex tritico
exiret, בְּעִיטָה autem calctionem, quæ fit pedibus, donec tri-
ticum confringeretur, ad מְנֻחוֹת loc. cit. Verum quam incer-
ta sit hæc explicatio, vel exinde constat, quod verbum שׁוֹף, ad
quod tanquam radicem vocis שִׁיפָּה provocat, proprio concul-
cationem, quæ fit pedibus, significet. conf. Gen. III. 15. unde

C 3 R. SA.

1190

R. SALOMON pro illustratione hujus verbi confert Targ. Deut. IX. 21. ubi Hebr. כְּהַת conterere, contundere, respondet, obser-vante Ven. Jo. Henr. MICHAELIS in uberioribus notis ad Jobi IX. 17. p. 128. *** Alii dicunt, שִׁיפָּה agitatione palmæ autem contractione pugni factam fuisse, cum JARCHIO ad fol. 76. a. imo Bartenora per שִׁיפָּה intelligit confrictio-nem tritici, quæ fit manu in vase aliquo, ut ad decorticandum a-ptum evadat, per בְּשִׁיטָה vero contritionem tritici, quæ fit ea parte manus, qua juncta est, ad מְנֻחָה VI. 5. Quicquid vero sit, ex dictis facile cognoscimus, & non ad ipsam molituram, ut Cl. WOLTERS quidem existimat diff. II. p. 6. sqq. sed ad ejus præparationem pertinere, unde R. MAIMONIDES ipsam molitionem a præparatione, per שִׁיפָּה & בְּשִׁיטָה diserte distinguit in ה' המידון cap. VIII. §. 3. Conferri me-rentur, quæ hac de re uberius disputat Clar. HAKMANNUS cap. III. §. II. Apud alias gentes ante repertum molarum usum frumenta igne tosta comminui solebant, hinc VIRGILIUS Æ-neid. lib. I. v. 181. sqq.

*Tum Cererem corruptam undis, cerealiaque arma
expediunt fessi rerum: frugesque receptas
& torrere parant flammis, & frangere saxo.*

Ubi SERVIUS hanc notulam subjungit: *quia apud majores no-stros molarum non erat usus, frumenta torrebant, & ea in pilas missa pinsebant; & hoc erat genus pinsendi, unde & pinsores dicti sunt, qui nunc pistores vocantur.*

בְּשִׁיטָה & שִׁיפָּה

§. VI. Postquam igitur triticum per a cortice atque furfuribus esset separatum, imo per molituram in-secutam

*** licet non simus insci, Lexicographos varias huic verbo tribuere signi-ficationes; quo tamen jure multiplicatio illa fiat, indicabimus judicio Abrab. GIBELII: *in tota SS. quater tantum extat hoc verbum שִׁיטָה, & nihilominus faciunt ei significationes sex inter se longe diversissimas. Vere tenebras has dixeris! in diff. de genuina Λεξιογραφία chaldea consti-tutione, & præsertim, de ratione nativam significationem in qualibet vo-cula propriam indagandi & reddendi. §. XXXII. Witteb. 1616. recusa in analectis CRENII. p. 251. sqq.*

secutam ad majorem tenuitatem redactum, unicum hoc restabat, ut mediantibus cribris in סול vel similaginem converteretur. Criba ejusmodi undecim Doctores hebræorum memorare solent in מנחות c. VI. §. VII. quorum unum altero fuerit angustius, sic ut ultima maxime angusta ipsam retinuerint similaginem, imo pulverem tenuem, qui illegitimus putabatur. Sed verum ut fateamur, in multiplicandis cribris, recensendisque variis cribratiōnum modis, admodum superstiosi mihi videntur, unde his minutiis, quæ apud WOLTERSUM, HAKMANNUM, alios, legi possunt, immorari nolumus. Rectius certe omnino pronuntiat ibidem R. SIMEON, similaginem toties cribratam fuisse, quantum satis esset, vel donec perspexissent, similaginem legitime adhiberi posse, cum nullum insit vitium, neque vermes, quod in tritico veteri interdum fieri poterat, in ea reperirentur. conf. מנחות VIII. 2. In literis S. tale instrumentum vocatur קיבב. Ies. XXX. 28, a verbo קיבב, quod proprie est separare, secernere, & dein cribrare, quæ significatio posterior etiam apud Æthyopes obtinet. Sunt quidem Viri docti, qui verba Jesaiæ simpliciter sic vertunt: *ad agitandas gentes agitatione vanitatis*, id est, tanta, ut in vanitatem abeant; sed majori elegantia atque emphasi gaudet locutio *integra*, si cum GLASSIO in philolog. S. p. m. 734. reddamus: *ad agitandum gentes in cribro vanitatis*, hoc est, ut populi dejecti in terram, tanquam per cribrum seu subcerniculum, & hinc inde disiecti non amplius compareant; nam metaphora desumpta est a cibratione, quæ tam violenter instituitur, ut cribra communiantur, & in nihilum exeant, judice VITRINGA, Interprete illustri. Criba ipsa quod attinet, ea pro diversa populorum indole vel ex Papyro, vel ex lino, vel ex setis eorum formabantur, testibus PLINIO & aliis, quorum loca jam dudum collegerunt Viri modo laudati, & Rev. EWALD dissert. de pulce colocynthidum farina per Elīsam condita 2 Reg. IV. 38-41. p. 39.

§. VII. Mensuram similaginis, ex qua panes nostri conficiendi erant, colligere facile licet ex Levit. XXIV. 5. ubi dicitur: *duarum decimarum unaquaque placenta erit.* עשרו vi radicis suæ שער,

1192

שְׁעָרָה, quæ decimas salvare, & occipere significat, Deut. XIV. 22. XXVI. 12. 1 Sam. VIII. 15. 17. Nehem. X. 38. 39. vid. Cl. HOTTINGERUS in libro de decimis Hebr. exerc. I. §. II., est decima pars (Ephæ), quæ ex traditione Hebræorum in omnibus oblationibus adhiberi solebat. מִנְחֹת IX. 3. addatur R. MAIMONIDES in קרבנות XII. מַעֲשֵׂה תְּקִרְבּוֹת לְגֻבּי המזבח אין כל אחר מהן פְּחוֹתָה מעשרון ומשעתו מעכבו omnes oblationes, in aram deferendæ, decima minores esse non debent; minor enim portio ejus tollit totum. JOSEPHUS antiq. jud. lib. III. cap. VII. IX. & alibi ασσαριον Assaronem (non assarium, ut editio latina Mediolanensis 1514 excusa habet, ut pote quæ vox certam veterum monetam designat. vid. WOLF-FIUS ad Matth. X. 29. & Luc. XII. 6. *) verit. Peculiare autem nomen huic mensuræ imposuit Moses, עֶזֶר ipsam appellans. Exod. XVI. 36. Omer autem tantam complectebatur cibi copiam, quanta homo singulis diebus ad sustentationem vitae frui solet. Doctores Hebræorum quando aliqualem hujus mensuræ delineationem tradere nobis intendunt, per ova illam exprimunt, nostrumque עֶשֶׂר ova 43½ explevisse existimant. vid. Raschi ad Exod. XVI. 38. Et certe hæc per ova dimensio satis accurata videtur; epha enim continebat ova 432, quem numerum si per denarium dividas, habebis ova 43 cum quinta ovi parte. Conferantur, qui plura de his mensuris dabunt, præter WASE-RUM, EISENSCHMIDUM, HOSTUM, aliasque Ven. MEL-CHIORIS diff. cit. p. 50, & LOSCANUS de sacrificiis quotidianis p. 12. ** Cum vero panes nostri ex frumento veteri, quod plus

* Auctoriibus ibi citatis addi merentur BOCHAR TUS hieroz. Part. II. lib. I. cap. XXIII, nec non Matthæus HOSTUS, Professor quondam in Academia Francof. supra annos quinquaginta dignissimus, in erudito ope-re de re nummaria veterum lib. III. p. m. 231. & de ponderibus veterum p. m. 199. edit. RECHENBERGIANÆ. Lipsiæ 1692.

** Subjungi possunt Bernb. LAMY de mensuris antiquis lib. I. fol. 102. DASSOVIUS ad tit. CELIM §. XXV. ACOLUTHUS de aquis amariis p. 188. sqq. Jo. D'OUTREIN ad Hebr. IX. 4. Jacobenius de adspersion. Hebr.

plus similaginis continet, quam novum, plerumque parandi es-
tent, ad eos ex singulis satis *** singulæ decimæ elici solebant, cum
e contrario in manipulo paschali & panibus pentecostalibus ex
pluribus Satis decimæ sumerentur. vid. MAIMONIDES & BAR-
TENORA ad **מןchor** IV. 6. id quod accurate observatum vo-
lunt; Si enim in his omnibus mensura vel diminueretur, vel auge-
retur, panes illegitimos evaſſe, pronuntiat R. MAIMONIDES in
cap. XII. 1. qui tamen parum constare sibi vi-
detur, contrarium plane afferens in **ח'תמיין** VIII. 3. **וכולן אם**
רבה במדת הסאין שבעין מהן אן מיעט **כשר**,
(panes facierum, manipulus paschalibus & panes pentecostales) si au-
geretur mensura Satorum, vel diminueretur, nihilominus recta erant.
Quam Doctoris illius, ceteroquin celeberrimi, inconstantiam, ab
HAKMANNO & aliis hactenus minime notatam fuisse, merito
miramur! Ceterum de quantitate horum panum ex collatione
mensurarum hebraicarum cum Romanis & Græcis erudite dis-
seruit HOSTUS, V. Cl. lib. 1. de mensuris p. 120. sqq.

§. VIII. Denique hi panes erant sine omni fermento, ut Ju-
dæi recte tradunt in **שנה** cap. V. §. 2. imo si vel minima fer-
menti particula in maestris reperta fuisset, totum opus pollui cen-
sebatur. JOSEPHUS etiam eos **αγνοεις** fuisse agnoscit, & panes
παννυ ουδεις valde mundos appellat lib. III. cap. VII. quo titulo po-
steriori tamen ipsum ad summam gentis suæ curam, quam in se-
cernenda similagine impenderunt, potius respexisse existimamus,
nisi utramque rationem conjungere malis. Rationes hujus legis
erant variae: v. g. quia dicitur: *nulla ferta, quæ Deo offeres, fa-
cies fermentata.* Levit. II. 11. Præterea hi panes depingebant
Messiam nostrum, qui omni vitio atque labe carere debuit; fer-

D men-

Hebr. cap. 2. §. 2. p. 12. AMELIUS ad loca V. T. tom. II. p. 728. Clar.
MICHAELIS de crustulis Pontificis diss. I. §. VII, & HAKMANNUS
cap. III. §. V.

*** **הנ** Satum erat mensura Hebræorum, constans tertia parte Ephæ,
vel 144 ovis. vid. præter auctores a diligentissimo HAKMANNO cap.
II. §. VII. jam citatos LIGITOTUS Opp. tom. I. fol. 410. sq. Bernb.
LAMY loco cit. & CRENIUS fasce III. p. 526. sq.

197
26 DISS. PRIMA DE PANIBUS FACIERUM.

mentum autem in codice S. rei malæ emblema esse, suo loco do-
cebitur. Nec obstat, quod Deus in primitiis pentecostalibus
Levit. XXIII. 17. fermentum non rejecerit; alia enim ibi prorsus
erat ratio, cum oblationes illæ non ad ipsum Messiam, sed ad e-
jus membra, & præcipue ad primitias fidelium N. T. Rom. VIII.
14. sqq. respectum suum haberent. conf. B. LAMPIUS in *myst. fæderis gratiæ* Part. III. c. XXVII. & *Dav. GSELLIUS* in libro de
sacrificiis V. T. pag. 51. Similiter apud Romanos Sacerdotibus
non licuit farinam fermento imbutam attingere, teste GELLIO
lib. X. cap. XV. Rationes hujus interdicti varias habet PLU-
TARCHUS quæst. Rom. quæst. 109, sed eas a Clar. WOL-
TERSIO dissert. II. §. XXI. jam adductas repetere
nunc non lubet.

Corollaria Respondentis.

I.

*Serpens æneus fuit typus Jesu Christi, non, ut quidam existimant,
Diaboli.*

II.

Primum sacrificium ab Adamo oblatum fuisse, probabile est.

III.

*Liber Jobi complectitur veram Historiam, non parabolam tan-
tum, ad patientiæ exemplar confictam.*

IV.

*Illos, qui cum Christo resurgentे ex sepulchris resuscitati pro-
dierunt, iterum fuisse mortuos, nullus probabit.*

V.

Mors est sequela peccati, non naturæ.

VI.

Quicunque sine fide ad S. cænam accedit, ipso actu peccat.


















precatione plurimum contulerint adjumenti, non Itaque Moses haec describens provide monere potuit, salutarem eventum hunc non manibus illarum erectioni, sed fidei esse adscribendum: promissa populo huic, ex quo IMMANUEL jusque majoribus facta oculo irretorto intuens alutis praesidia a DEO expetat & conseqvatur.

"*vltra vires hominis esse*, ait, *per aliquot horas s habere sine intervallo, multo minus per totam* go divinae fuerit, & elevandis manibus, & ora-

DEUM per integrum diem suffecisse Mosen, tratae: cui & ipsa de Amalekitis victoria debe- opareat illud quod exstat Hebr. XI, 34. Veteres evasisse in bello, per fidem castra evertisse hostium, quod MISCHNICI Tract. Rosch Haschana cap. 3:

an manus Mosis erant causa victoriae nec ne?

"*Scripturam docere, quod toto tempore, quo iciebant coelum, ac serviebant sincero corde Patri eabant; si minus, cadebant.* Nam & haec sensu extra seriem narrationis historicae ponit, g rpretatur, quod, nisi voce וְהִנֵּה in sensu futu- pta, fieri vix potest. Iustinus Martyr Dial. cum Mosen vota DEO fecisse expansis ambabus ma- imitatum crucis; quod si labaret haec figura, mox vincebatur populus: si in eodem perma- malek vincebatur, cruce vires addente victori- propter preces Mosis superior evadebat populus. IESUS versabatur in prima acie, & Vates si- praesentabat. Sed pollicem hic Iustino premere Neque enim expansis sed elevatis manibus Mo- atus esse legitur: בָּרֶשׁת non הַרִּי

Eventus proelii fuit Israelitarum de Amalekitis prima fronte possit, minus plenam fuisse victo- os debilitandi verbo vtatur, non internacionis aut

20. 5.

21.

2.

3.

31.

32.

33.

34.

35.

36.